



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Francisci Bonaldi Societatis Iesv Theologi, Divina
Ecclesiae Oeconomia**

Bonald, François

Coloniae, 1611

XIII. De Sacramento Ordinis, quod est verum totius Ecclesiae, & maximè
Ecclesiasticorum hominu[m] ornamentum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48916)

portū deductū fuisse. Et nē fusior sim,
 alia omitto, quæ beneuol^o lector pas-
 sim apud alios reperiet, modo histori-
 cos, ipsāq; quotidianā experiētiā, ma-
 ximē in Indijs, ijsque regionib; vbi re-
 ceter euāgelium annūciatur, cōsulat:
 Inueniet enim vi huius sacrificij infir-
 mos plurimos sanatos, dæmones ex-
 pulsos, imò mortuos resuscitados esse.
 Prudēter itaque faciūt, & optimē sibi
 cōsulūt, qui quoties licet sacrū fieri
 procurāt, aut saltē procuratū, & obla-
 tū per alios audiant, immortalī Deo
 Opt. Max. maximas gratias agente, q̄
 ei satis non fuerit Christū nobis in ci-
 bū, potūq; dedisse, nisi eūdē etiā pro sa-
 crificio, & holocausto offerendū in-
 stituisset.

*Vide Hist.
 India O-
 rient. Pe-
 tri Iarri.*

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

*De Sacramento Ordinis, quod est ve-
 rum totius Ecclesie, & maximē
 Ecclesiasticorum hominum
 ornamentum.*

HActenus de ijs Ecclesie Sacramen-
 tis egimus, quæ singulos fideles in
 ordine ad se perficiūt, eorumq; com-
 moda,

moda, quæ dignè suscipientibus conferant, exposuimus; restat, ut adtranseamus, quæ singulos in ordine totum ipsum perficiendum disponit adeoque exornant: Inter hæc autem primum est Sacramentum ordinis planè ecclesiæ nostræ, & familiæ Christi necessarium. Vbicunque enim particularia sacrificia sunt, ibidem etiam certos aliquos homines ad hæc offerenda deputatos, esse necesse est. Omissis namque gentilibus, & idololatris, quorum *Dij* ut inquit Psalmistæ *Dæmonia sunt*, in ipsa lege naturæ, docet Hieron. primogenitorum primum erat sacerdotium, & sacrificia offerre; vel etiam ipsorum Patrum familias, ut patet ex libro Iob, qui pro filiis suis quotidie sacrificia obtulisse legitur. E toto autem populo Israelitico, sub lege Moysis viuente, solam totamque tribum Leui elegit, quæ tabernaculo deserviret, & ex ea vnam Aaronis stirpem, quæ sacerdotio fungeretur.

Ps. 95.

Hieron. in Quest.

Hebraicis.

Iob. 1. & vlt.

Vide Perer. in cap. vlt. Genes.

Cōc. Trid.

Sess. 23.

cap. 1.

Supposito itaque sacrificium & sacerdotium ita Dei ordinatione coniunctum esse, ut utrumque in omni lege existeret.

Cum

Cum in nouo testamento sanctum Eucharistia sacrificium visibile ex Domini institutione catholica ecclesia acceperit; fieri etiam oportet in ea nouum esse visibile, & externum sacerdotium, in quod uetus translatum sit, uti optimè Conc. Trident. concludit. Cum enim Deus Ecclesie suae perpetuitati prospectum uellet, Sacramentum ordinis instituit, quo familiae suae de sacerdotibus, alijsq; ministris necessarijs prouideretur. Instituit autem Christus hoc sacramentum; partim, cum Apostolos suos sacerdotes faciens dixit, *Hoc facite in meam commemorationem;* partim, cum eis potestatem dimittendi peccata contulit, aiens, *Sicut misit me pater, & ego mitto vos: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis.* Appellatur autem hoc sacramentum ordinis, eò quod contineat varios quasi gradus, & functiones ad unum sacerdotium ordinatos. Cum uerò Scriptura testimonio, Apostolica traditione, & Patrum unanimesensu perspicuum sit per sacram ordinationem, quae uerbis & signis exterioribus perficitur, gratiam conferri: dubitare nemo de-

Matt. 26.

Luc. 22.

Ioan. 20.

mo de-

Conc. Tri-
dent. Sess.
23. c. 3. *mo debet, inquit Conc. Trident. Ordinem esse verè ac propriè vnum ex septem*

1. Timoth.
4.

Sancta Ecclesia sacramentis: inquit enim Apostolus, Noli negligere gratiam, quae in te est, quae data est tibi per Prophetiam cum impositione manuum presbyterij: sicut et alibi. Admoneo te, ut resuscites gratiam

2. Timot.
1.

Dei, quae est in te per impositionem manuum mearum. Si quæras, Quænam hæc sit gratia? Respondebunt Doctores esse potestatem quãdam spirituale, quae quidem idoneus redditur in suo ordine ac gradu ad sacras functiones exercendas.

August. de
Bono con-
iug.

Vbi obiter nota, duplicem esse potestatem Ecclesiasticam, vnam Ordinis, iurisdictionis alteram: Illa circa corpus Christi verum in Eucharistia hæc circa corpus Christi mysticum, quod est Ecclesia, versatur; vti clarius videbimus, vbi de Pastoribus & Retoribus huius corporis agemus.

Dignitas
Sacram.
Ordinis.

Ex vtraque autem hac potestate facile colligi potest, quanta sit sacerdotij Evangelici dignitas, quæ utilitas, quantoq; ornamento toti Ecclesie, & specialiter ordini Ecclesiastico sit. Legis Mosaicæ sacerdotes se Dei viui ministros speciales iactitare poterant,

longe

longe tamen inferiore honoris, & dignitatis gradu eis, quam nostris subsistendum erat; non enim eadem pollebant, non iisdem gaudebant priuilegijs de quibus legis euangelicæ sacerdotis gloriatur: Hi enim simul cum ordine gratiã iustificatiorem, nisi obicere ponant, suscipiunt; quam illi non accipiebant: Character quoque & potestas spiritualis ordini correspondens, iisdem confertur, qua etiam illi carebant. Quæ sanè potestas tanta est, ut nulla dignitas, seu regalis, seu Imperialis, iuxta S. Chrysoft. huic comparari possit; nam ut benè inquit, *Qui terrã incolunt, & in ea versantur, ijs commissum est, ut ea qua in cælis sunt dispensent; ijs datum est, ut potestatem habeant, quã Deus optimus, neque angelis, neque archangelis datam esse voluit;* ideoq; scriptura angelorũ nomine eos indiget; parũ dico, Deos nominat; Nã si æquis oculis potestatis huius amplitudinem inspiciamus, Angelica multo amplior remperiemus, cui enim angelorum dixit aliquando Deus, *Quorumcunque remiseritis peccata remissa sunt;* & tamẽ hoc ex eius ore nostri Sacerdotes audi-

Effectus.

Chrysoft. l.
3. de Sa-
cerd. post
init.

Malach. 2.

Exod. 22.

Ioan. 20.

Luc. 22.

audierunt. Cui angelorum vnquam ait, *Hoc facite in meam commemorati-
nem*, id est, corpus meum & sanguinem
consecrate, eademque in passione
mea memoriã offeretis & tamen
ux legis presbyteris id munus
positum est.

Magna itaque est & admiranda
strorum sacerdotum dignitas; am-
ac tremenda potestas; adeoq; mirum
non est, si hanc honorauerint prin-
pes, coluerint Reges, reueriti sint Im-
peratores, venerati sint sancti Dei ho-
mines. De Theodosio, Constantino,
lijisque pijsissimis Imperatoribus ve-
rum Annales, & Ecclesiarum tabul-
fidem faciunt: De nostris Catholicis
& Christianissimis regibus ipsa facta
dictaque recentia clamitant: De Sa-
ctis denique multa exempla suppe-
tunt. S. Martinus à Maximo tyranno
mensæ Imperatoriæ adhibitus, cum
honoris causa primus ipsius Impera-
toris poculum excepisset, alterique
tradere deberet, præteritis omnibus
aulicis, illud sacellano suo porrexit,
significans sacerdotalem dignitatem
omnem secularem, & laicam eminens-

*Euseb. c.
20. Histor.
Eccles.
cap. 2.
Niceph. l.
3. cap. 16.*

*Seue.
Sulpit. in
vita S.
Mart.*

tiam

tiam antecellere: Sanctus autem An- *In vita*
 tonius adeo hanc eorum excellentiã *eius.*
 agnouit, vt ad sacerdotum pedes se
 prosternere, & humiliter ab eis bene-
 dictionẽ petere consueuerit. Humilis
 vero iste Franciscus, tanti sacerdotalẽ
 eminentiam existimauit, vt toto vitæ
 suæ tempore, se ea indignum reputa-
 ret; ideoque dicere solebat, Si duos,
 sanctum vnum, sacerdotem alterum è
 paradiso venientem, mihi obuiam
 haberem, sacerdoti prius, ex in Sancto
 manum oscularer.

Quis ergo putatis honor homini- *Honor sa-*
 bus ecclesiasticis, maximè autem sa- *cerdotibus*
 cerdotibus, & Episcopis deferendus *debetur.*
 est, quos tantoperè Reges & Impera-
 tores Christiani honorant; pij & san-
 cti homines propemodum adorant.
 Iubet Deus horari patrem & ma- *Deuter. 5.*
 trem, vt longæui simus super terram:
 adiūgit Ecclesiasticus, Medicum pro- *Ecclesi. 38.*
 pter necessitatem; Sacerdotes autem
 spirituales nostri parentes, & anima-
 ram nostrarum medici sunt; sicut me-
 dicos ergo eos honoremus, sicut pa-
 rentes veneremur.

Absit autem, vt quorundam malè
 feria-

feriatorum opinioni accedamus, qui
 ob quorundam clericorum liberio-
 ritam, totū Ecclesiasticum ordinē
 dicant, & impietatis condemnant,
 enim hoc fundamento inniti liceat,
 tali via aduersus quempiam procedere
 re permittatur, iam Credo etiam san-
 ctissimum Apostolorum collegiū tra-
 ditionis, ac venditionis Christi in-
 mulabunt, eō quod traditor Iudas
 eius membrum fuerit: Ecclesiam vere
 or immunditiei arguent, quæ tot di-
 colos, malos, impiosque complecti-
 tur; quæ tamen nullus sani cerebri ho-
 mo, aut dicere, aut cogitare audebit.
 Malè itaque faciunt, qui quorundam
 peccata & delicta, toti ordini Eccle-
 siastico imputant, contra fas nefasque.

Pessimè autem, qui ignominiam pa-
 rentum suorum, quam celare debue-
 rant, propalant, ac omnibus inspicie-
 dam turpiter reuelant. Sem & Iaphet
 verenda patris sui Noe detecta auersis
 faciebus accedentes pallio obtexerunt;
 & à patre benedictionē cōsecuti sunt.

Num. 16. Cham autē ea deludens ac ridēs, male-
 dictionē retulit: Core, Dathan, & Aby-
 rō, omnesque ijs adhærētes, eo quod aduer-
 sus

nus, qui
 beriorē
 dinē in
 nant, si
 liceat,
 rocede
 am san-
 giū tra-
 sti in
 udas e-
 n vere-
 ot dif-
 plecti-
 ori ho-
 debit.
 ndam
 Eccle-
 efalq;
 iā pa-
 ebue-
 picie-
 aphe-
 ueris
 erūt;
 sunt
 nale-
 Aby-
 luer-
 sus

sus Aaronē summū Pontificē insurre-
 xisset, aperta tellus viuos absorpsit, &
 in infernum viuētes descēderūt: Mariā
 sororem Moysis, quod fratri suo con-
 tradicendo obmurmurasset, sepra in-
 uasit. His exemplis aduersus temeri-
 tatem eorum, qui parentum suorū spi-
 ritualium pudenda detegunt, Cypr. &
 Gregor. decertarunt: possemus, & nos
 alia multa subnectere, & sacrae scrip-
 turæ sententijs cōmunire; sed ad pro-
 positū potius redeam⁹, & dicamus, Sa-
 cramētū Ordinis nō tantū dignissimū,
 verū etiā utilissimū, imō necessarium
 esse, ad hoc, vt in Ecclesia Dei sacerdo-
 tes, aliq; ministri continuata per con-
 secrationem successionē perpetuētur.
 Verum quidem est in scriptura
 subinde omnes Christianos sacerdo-
 tes vocari; sed hoc de interiori sacri-
 ficio quale sunt preces, gratiarum a-
 ctiones, diuinæ laudes, cordis contri-
 tio, quæ singuli Christiani Deo pos-
 sunt ac debent offerre: Non au-
 tem de exteriori illo & propriè di-
 cto Sacrificio, aut sacerdotio intelli-
 gitur; hoc enim citra peculiarem vo-
 cationem ac missionem à nemine of-
 ferri

Num. 12.
 Cyprian.
 ep. 65.
 Gregor. ep.
 ad Felic.
 pisc.
 Non om-
 nes Chri-
 stiani s̄to
 Sacerdo-
 tes
 1. Petri 2.
 Apoc. 5.
 Basl. 2. de
 Bapt. c. 2.
 August. l.
 20. de ci-
 uit. 6. 10.

ferrā

ferri potest: nam ut inquit Paulus, *Nemo quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron*, quasi dicitur, si in lege non omnes erant sacerdotes, sed ij solum, qui à Deo vocabantur, quanto magis sub Euangelio, non probatur ratione, Cum enim Ecclesia sit militia bene ordinata, neque omnia membra gregarij milites, neque omnes partes duces esse poterunt: Deinde cum effectus sacramentorum, & sacrificij Missæ supernaturales sint, requiritur etiam in ministris aliqua potestas eiusdem ordinis; eiusmodi effectibus proportionata ac correspondens; hæc autem potestas per sacramentum ordinis confertur, non omnibus sed ijs solum, qui ad hæreditatem, & sortem, partemque domini iam ante per clericatum assumpti sunt.

Ex quibus ulterius admirabilem illam sapientiam, quam in huius sacramenti institutione Christus adhibuit, luculenter intelligimus; summamque eius benevolentiam erga nos, & favorem nobis præstitum cognoscimus: nam absque hoc sacramento Ecclesia non castrorum acies ordinata, sed omni

omni confusione plenissima futura fu-
 isset: quis Superior, quis inferior non
 innouisset: cui imperium, cui subie-
 ctio deberetur latuisset; Imò quod ca-
 put rei est reliquorum Sacramentorū
 virtus nulla fuisset, quod pulcherri-
 me his verbis probat Chrysof. *Infania Chryf. l. 3.*
manifestaria est despiciere tantum istum de Sacer-
principatum, sine quo, neq, salutis, neq, bo. dot-
norum promissorum compotes fieri possu-
mus: Nam si quis non potest in regnum
cælorum ingredi nisi per aquam & spiri-
tum regeneratus fuerit: & Qui non mā-
ducatur carnem Domini & sanguinem eius
non bibit, aeterna vita priuatur: & simi-
le est de Pœnitentiæ sacramento iudi-
cium) omnia autem hæc haud aliter, quā
per sacrosanctas illas manus perficiuntur;
manus inquam sacerdotum; qui fiet itaq;
ut citra illorum opem, aut gehennæ ignē
euitare quis possit; aut repositæ in cælo
coronæ premia assequi: Hi enim sunt, qui-
bustum concreditæ sunt spirituales par-
turigines; tum etiam Baptismatis partus
à Deo est commissus: Per hos ipsos Christū
induimus, & vnacum Dei filio sepeli-
mur, beatæ carnis illius membra effici-
mur. Hæc ille. Ad horum itaque auxi-
 liares

liares man' cōfugiamus, gratiarū flū-
 ta de manib' illis suscipiam'. Neq; co-
 norū instar mortuorū quorūdam Ec-
 clesiasticorū cadaueribus, qui vitā
 dini suo difformē viuūt, inhæreamus
 sed nouerim' hęc personarū nō sac-
 douij vitia esse. Neq; enim, vt frequē-
 ter S. Aug. cōtrā Donatistas ingen-
 nat, ex bonitate vel malitia Ministrorū
 sed à potestāte Ordinis omnis Sacra-
 mētorū virt' & efficacia depēdet; cha-
 racter enim, qui in ordinū susceptio-
 nē imprimitur, nullo quātūuis eno-
 mi peccato, dēleri potest. Nō est re-
 sollicitus, pbi, nū improbi Iudicis se-
 tētia absoluat; hoc solū nū absolū-
 di authoritatē habeat inquiri: Infi-
 mus à Medico, qui eodē, aut grauior
 morbo affligitur, sanari nō dedigna-
 tur. Absit tamē dicā, illū sacerdotē al-
 teri nō esse preferēdū, qui ordinis au-
 thoritati vitæ integritatē adiunxerit
 nā hoc solū volo, necessitatis tempo-
 minus virtuosos, aut etiā malos, asper-
 nēdos nō esse: Sēperq; tā bonos, quan-
 discolos, ob qualitatis suæ gradū, ho-
 norari oportere: Si quę sint eorū vitia,
 personarū illa sūt, ijsq; inhærent: Ita-
 sum

*Malitia
 ministri
 non virtu-
 tem Sa-
 cramenti.*

arū flū
Neq; co
dam B
vita or
ream
ō face
frec
ingen
Minist
s Sacra
det; ch
ceptio
is eno
est re
dicis
bsolū
t: Infr
rauior
edigna
dotē al
linis an
unxer
empon
s, aspe
s, quan
adū, ho
rū vicia
ent: sta
sum

ē Ecclesiasticum non inficiūt, neq; e-
nim luna desinit esse pulchra, licet
quibusdam exiguis maculis, seu neuis,
aspergatur; neque status Ecclesiasticus
suam pulchritudinem amittit, licet e-
ius splendor, quorundam minus vir-
tuosorum obfuscetur nequitijs.

Ergo agite o Christiani, Domini no-
stri Iesu Christi bonitatē laudemus,
predicem⁹, eò q̄ illustrissimū Sacra-
mētū Ordinis in domo sua esse volue-
rit: gaudeāt sacerdotes, quod illi⁹ Sa-
cramēti gratia sibi facta sit, quodq; ad
tātæ dignitatis fastigiū sint euecti: ex-
ultēt seculares & laici, quod hui⁹ Sa-
cramēti beneficio sanctificatores, & in
cēlū duces sint adepti. Erit aut̄ hoc Sa-
cramētū sacerdotibus inutile, imò de-
decore; nisi susceptā per manuū impo-
sitionē gratiā resuscitēt; si iterū secu-
larib⁹ negotijs immisceātur; si denuò
seruilib⁹, & mechanicis operib⁹ occu-
pētur. Laicis quoq; euanidū efficietur,
nisi se debitè ad gratiā, à sacerdotib⁹
per Sacramēta conferendam, disponant.

Legimus Christum in patria sua nullas
virtutes potuisse operari, nisi forte
quosdam pauculos impositione manu-
um sanare: Non quidem quod vlla
impotentia ipsum impediret; sed popu-

Conclusio.

2. Timoth.

1.

Marc. 6.

larium suorum incredulitas, ut bene
notavit Euangelista, eum prohibere
Similiter etiam neque defectus in sa-
cerdotibus erit, si quando collatis ex-
terius sacramentis, interiori virtute
& gratiâ non conferant; sed in ip-
sius suscipientis indispositione, quod
obstaculum ponit.

Quicumque ergo de manu sacerdo-
tis sanctificari desiderant, semet-
ipsum prius benè disponant, tunc
autem bene dispositos iudicauero,
verum dolorem de offenso Deo con-
ceperint, & firmum propositum, Deo
de cætero non offendendi, fecerint.

CAPVT DECIMVM
QVARTVM.

*Quæ commoda, & ornamenta sacra-
mentum Matrimonij ecclesie
conferat?*

OMnium Sacramentorum vltimum
ordine est Matrimonium: De cui-
us dignitate dicturis, hoc prius sine
vllius rei melioris præiudicio sup-
ponere